

hospiti quondam meo Domino Tetzelio:
 Domino Durnhofero. Benedictio Domini
 Jesu Christi, Ecclesiam, Urbem, Politiam,
 Academiam, Populumque Noribergensem
 perpetuo prosequatur. Basilea 20. Sept.
 1582.

*Si plane remiserit pestis, monebo vos, Sin
 ἀποδοκίμως ipsis nundinis huc acce-
 dat filius Magnifici Domini Geuderi, una
 cum Amerbachio, ipsi consulam e re nata.*

Vere tuus

Grynæus.

EPISTOLA XV.

S Clarissime Vir, Non fui dehortator Or-
 natissimo Juveni Melchiori Schleuders-
 dorffio, (a) vestro, μετεικεσίας in Tubingensē
 Academiam. Etsi enim apud nos nondum
 conticuerunt piæ Musæ, tamen cum ferula
 Dei nondum remittat, & τὸ μέλλον ἀδηλον
 sit, prudenter mihi facere visus est, quod abi-
 tum paravit. Diligere eum cepi propter
 modestiam, & alias virtutes: ac te oro ut
 ipsius discessum e nostra Academia, meo no-
 mine

(a) Epistola XVII. vocatur *Melchior Schlauderspa-
 chius*, quali officio functus sit post absoluta stu-
 dia nondum invenire licuit.